

Præmia prima quidem, sed non postrema; futuræ  
Laudis in hoc primo pignore pignus habes.

*Ita applaudit*

JOH. RIZIUS, Med. Stud.  
Berneggâ-Rheguscus.

---

XXIII.

**I**Nclyte? non possum dulci modulamine laudes  
Decantare tuas; sint mea vota melos?  
Esse decus Patriæ voluisti diceris inde  
Doctor: quæ tandem ferta ferenda tibi?

JOH. THELLUSSON, Stud.

---

XXIV.

**I**ndolis hæc rectæ menti insita flamma, quietis  
Nescia, quæ sese suscitât atque movet.  
Sordida rejiciens, turpis consortia vulgi,  
Absolvens prisca nobilitatis opus.  
Sed tam felici non quivis tramite currit,  
Si non assiduò continuatur opus.  
Hos alit, hos nutrit placidè, comique perenni  
Fronde laboriferos Diva perenna viros.  
Et jam sublimis fastigia summa premebas,  
Ulteriùs nec, quò progredereris, erat.  
Ecce Professorum Doctorum pompa coacta,  
Debitus ingenio quò tribuatur honos.  
Pierii extemplo laxantur cardine postes  
Utque feras studiis præmia dignatuis;  
Nobile coccineâ redimitur corpus abollâ  
Ambit mitra caput, lucida gemma manu.  
Hæc precor ex animo dextro oscine & omine læto,  
Verba ligata secans, omnia facta precans.

*In Fraternali amoris argumentum  
accinit*

JACOBUS HANHARDUS,  
B. L. Stud.

F I N I S.